UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio p[ri]ma

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

ea puritate nitere‑ qua maior
ſub deo nequiuit intelligi all'.
Ambroſi⁹. Antiphona. Hec
eſt virga in qua nec nod⁹ ori‑
ginalis nec cortex venial' cul‑
pe fuit alleluia. Capitulum.
Uidi immaculatam deſcen
dentem de celo ſicut ſponſam
ornatam. Claritas eñ dei il
luminabat illam: et vidi ta‑
bernaculum dei cum homini
bus: ⁊ nox non erat: q: lucer‑
na eius erat agnus. Hymn⁹
vt s̃. ℣. Dñe dilexi decorem
domus tue all'a. Et locum ha
bitatiõis glorie tue all'a. Su
per mag. añ. Unica ẽ colũba
mea: vna eſt pfecta mea. vna
eſt genitrici ſue electa. viderũt
eam anime ſancte ⁊ immacu‑
latã predicauerũt all'a. Orõ
vt s̃. Notandũ q si feſtuȝ
conceptionis in dñica venerit
fit de feſto. q: ſpẽalis effectus
dei fuit in tali die. Et ideo do
minica transfertur ad diem ſe
quentem. et hoc ex diſpẽſatiõe
pontificis. Octaua vero erit
de dñica: ⁊ feſtũ tranſfert' ad
diem ſequentem. Si vero ve‑
nerit infra octauam: fit d̃ do‑
minica cũ cõmemoratõe feſti.
Infra octauam Lectio pma
VEnter intactus: venter
ſanctus. immaculatus:
mundus virgineus. puritate
plenus verecundus: incogni‑
tus. ambulate chariſſimi i por‑
ticu veri ſalomonis: deambu‑
late in thalamo tanti regis:
mentes eleuate: introite cellã
vinariam omi ſuauitate ⁊ o‑
dore repletam. hec illa cella. il
la anima. ille venter. quẽ ptrã
ſiuit chriſti gladius. Gladi⁹
puritatis gladius innocẽtie.
gladius ſpiritusſancti pcedẽs
ex ore dei ⁊ agni profunde pe‑
netrauit. quia longe ãnuiſam
preſeruauit. lancea militis la‑
tus chriſti aperuit. cui⁹ gla‑
dius pectus marie iuſtifica‑
Quinimo beati Lcõ. ii. uit.
qui audiunt verbum dei ⁊ cu
ſtodiunt illud. o inenarrabil'.
filij in matrem dilectio chari
tatis. non excludit mulier' di
ctum. ſed extollit incognitum
non, matrem reprobat. ſed ip‑
ſam ſublime exaltat' audi mu
liercula diuina. ſecreta. audi
ſynagoga. audi turba iudeoꝝ
audi ignorantia mulieris et
craſſa. audi tu abſcondita: in
tellige admirandum reſpõſuȝ
Laudaſti meam matrẽ. ſed a
laude defeciſti: ignoras profe
cto cuius ſit mater. qualiſq
ſit filius ⁊ quanta ſit quã lau
Audi me ma‑ Lcõ iij. das.
rie filium. Audi dominũ ⁊ de
um tuum tibi abſconditum.
mater mea magni dei mr eſt.
non hominis ſolum. non tãtũ
prophete. ſed pluſq pphete. nõ
ſolum ſancti viri ſed ſancti ſã‑

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN